

ecclesiis secularibus, ut recte advertit Mattheuce, Officialis Curie cap. 12. num. 8. in fine.

21 In ecclesia de Jurepatronatus laicorum non potest Episcopus concedere Jus retinendi sedilia, invito patrono; Rota in Taurinen. 26. Februar. 1666. coram Decano, apud Panim. decis. 1. adnot. 15. num. 29.

22 Genuefectoria honorifica retineri possunt à Dominis Loci in Ecclesia; Panimol. loc. cit. num. 34. cum aliis ibi citatis.

23 Alia ad rem, Vide verb. Abbas num. 31. §. 2. & 3. & verb. Ecclesia art. 5. à num. 7. ad 27.

24 De scamnis in ecclesiis frequentes sunt controversie. Latus propterea esset de is agendum. Sed limites additionum cogunt, ut vix pauca hæc adnotemus.

25 Scamna in ecclesiis haud posse à laicis retineri ad sedendum, nisi cum licentia expressa, aut tacita Episcopi, vel ipsarum Rectoris, juris est indubii; Frass. de Jurepatr. Reg. tom. 2. cap. 97. num. 12. Romaguer ad contrit. synodal. Gerund. lib. 3. tit. 14. cap. 2. num. 1. Pilaja decis. canon. lib. 1. decis. 4. num. 22. Corsind. decis. 159. num. 9. part. 3.

26 Quæstio vero est, an concessio usu scamnorum laicis ab eo qui hac potestate pollet, quis aliquod quærat ipsi laicis pro tuitione hujus. Distinguendum est, num controversia sit cum altero Laico, an cum Episcopo, vel Rectore ecclesie. Priori casu convenit inter omnes posse laicos se tueri in usu illo, ut præter mox allegatos tradunt Manfell. in observ. ad decis. 181. Capyc. Latr. num. 1. Panimol. decis. 1. adnot. 15. n. 1. & 12. Sanfelice. decis. 331. num. 14. Calderi decis. crimin. 38. num. 19. & seg. tom. 1.

27 Posteriori vero casu rursus distingui debet, num Episcopus, vel Rector ecclesie amovere scamna intendat sine ulla causa, vel ut illorum usum aliis concedat, an ita exigente necessitate ecclesie. Amovere enim nequit scamna sine ulla causa, vel ut aliis concedat usum eorum; potest vero amovere ex necessitate ecclesie, sed debet, si fieri possit, eorum usum alio in loco illis ipsis concedere; Antonell. de loc. legal. cap. 3. num. 68. lib. 1. Lagunez de fructib. part. 1. cap. 30. §. 1. num. 38. & seg. omnesque supra allegati.

29 De concessione usus scamnorum in ecclesia, num ea personalis sit, an transeat ad heredes, disquiri solet. Personalem vero esse tenent inter alios Loiseau des Seigneurs cap. 11. num. 60. Merechal des Droits Honorifiques cap. 2. At consule & hos de aliis, quæ circa scamna emergere possunt, quæstionibus, quippe quia materiam funditus examinant. §.

SEDTIO. Vide verb. Bellum, art. 1. num. 1. & verb. Virtus num. 87.

SEDTIOSA PROPOSITIO. Vid. verb. Propositiones damnatae num. 37.

SEMINARIUM.

SUMMARIUM.

1 SEMINARIA erigenda sunt in qualibet ecclesia metropolitana, cathedrali, & abbatiati habente proprium territorium, & in eis tenendi sunt Clerici adolescentes.

2 Si non possit erigi seminarium in qualibet cathedrali, debent erigi duo, vel unum saltem in provincia per synodum provinciales, & debent alia ecclesia concurrere ad expensas.

3 Seminarium plura fieri possunt in diocesi ampla; Omnia tamen ab eo quod est in cathedrali dependere debent.

4 Seminarium censetur vere, & formaliter erectum, quoties Alumni in aliqua etiam domo conducta collegialiter vivunt, & juxta formam Concilii inibi erudiuntur.

5 Seminarium erigi non potest in ædibus canonicalibus, nisi de consensu Canonicorum, & ita separatim, ut Præbiteri, vel Clerici nullam communicationem habeant cum Seminaristis.

6 Pueri alendi in seminario sumptibus illius, sunt filii pauperum bona indolis.

7 Possunt tamen in seminario etiam teneri, & erudiri filii divotum, sed sumptibus propriis.

8 Pueri in seminario recipiendi cujus ætatis, & qualitatis esse debeant.

9 Pro administratione, & regimine seminarium faciendæ sunt tres species Deputatorum, seu Consultorum, & assignantur.

10 Consilium ditorum Deputatorum in quibusdam adhibere debet Episcopus.

11 Episcopus tenetur omnino requirere consilium prædictorum Deputatorum respectu, aliàs actus non valet.

12 Non tamen tenetur eorum consilium sequi.

13 Seminarium Deputati, & alii Officiales habent votum consultivum, non autem decisivum.

14 Canonici duo Deputati debent esse perpetui, nec sine legitima justa causa amoveri possunt.

15 Assignatur talis legitima causa.

16 Dicitur duo Canonici Deputati, si quandoque contingat ea de causa sine fraude ab ecclesia abesse cum Episcopo, non sunt privandi quotidianis distributionibus.

17 Consultorum prædictorum deputatio quomodo possit fieri extra synodum, nihilominus regulariter fieri debet in Synodo.

18 Pro expensis erectionis, & mantentionis seminarium applicandi sunt eo ipso eidem seminario redditus omnes, ac bona omnia, que ad institutos, vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis, & locis piis destinata &c.

19 Ubi supradicti redditus non habentur, seu non sufficient, debet Episcopus primo ex ejus episcopali mensa ratam fructuum seminario contribuere, & postea suo exemplo Capitulum, & ceteros Beneficiatos ad id pro rata compellere.

20 Unde ad contribuendum pro Seminario non solum tenetur Episcopus de sua mensa episcopali, Abbas de sua mensa abbatiati, & Capitulum de sua mensa seu massa capitulari, sed etiam omnes Beneficiati de suis respectivo beneficiis, etiamsi sint de Jurepatronatus.

21 A seminarium enim contributione nullus est exemptus, nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur.

22 Hinc etiam Cardinales tenentur contribuere de fructibus abbatiarum, & beneficiorum juxta taxam ab Episcopo, & Deputatis factam.

23 Seminarium contribuere tenentur omnia monasteria Regularium, non tamen Mendicantium.

24 Etiamsi monasteria illa contribuant seminario sui Ordinis, tenentur adhuc contribuere seminario Episcopi de eo, quod superest.

25 Exempla sunt ab hac contributione faciendæ omnia monasteria Regularium Mendicantium, que assignantur.

26 Regulares Mendicantes, si habent beneficia unita suis monasteriis, tunc habita ratione reddituum eorumdem, solvere debent pro eorum rata.

27 Unio tamen ditorum beneficiorum probanda est per Episcopum.

28 Et est plene probanda non per conjecturas, & præsumptiones, sed per gratie unionis expeditionem.

29 Regulares Mendicantes ex redditibus beneficiorum suis monasteriis unitorum solvunt prius pro Lectoribus grammaticæ & casuum conscientie, quotidiæ in dicitis monasteriis lectioes habentibus, & ex reliquo solvere debent ad ratam Seminario Episcopi.

Por-

30 Portio debita seminario ratione Beneficiorum exigere potest post unionem ejusdem beneficii factam Regularibus, qui mendicantium privilegiis gaudent.

31 Seminario contribuere tenentur etiam Beneficiati eorum beneficiorum, que ad collationem, & institutionem Monachorum pertinent.

32 Moniales non tenentur contribuere seminario, nisi habeant beneficia unita.

33 Confraternitates, schola, & capella etiam intra Regularium Ecclesias site, si habeant beneficia annexa, vel redditus, seu proventus ecclesiasticos, tenentur contribuere seminario.

34 Seminario contribuere tenentur hospitalia, que dantur in titulum, vel administrationem, & habent annexa beneficia, vel redditus ecclesiasticos.

35 Non tenentur tamen contribuere hospitalia illa, que administrantur à laicis, & in quibus sunt bona laicorum, que non data sunt in titulum, commendam, seu administrationem.

36 Item seminario contribuere tenentur omnia beneficia secularia, & regularia per quorumque etiam per Cardinales, per Pontifici Familiars, per Camera Apostolica Clericos, Ministros, ac Officiales quorumcumque obtenta, & impositum obtinenda.

37 Item contribuere tenentur omnia beneficia secularia Prioratibus, Commendis, vel Bafilicibus Ordinis Fratrum S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque unita, aut de cetero unita.

38 Pensionariis etiam tenentur ad contributionem seminarium pro rata pensionis, sive seminarium erectum sit ante reservationem pensionis, sine non.

39 Dicitur rata pensionis potest exigi à Titulari, qui eam potest retinere à Pensionario ad rationem, quam ipse solvit, nisi Papa annuente aliter inter partes cautum sit in constitutione pensionis.

40 Seminarium contributio anticipata solvenda est de quadrimestre in quadrimestre.

41 Capitulum non tenetur solvere taxam Seminarium de distributionibus quotidianis distinctis à præbendis.

42 Etiamsi omnes fructus Canonici consistant in distributionibus, que soli darent dumtaxat divinis personaliter interessentibus.

43 Item non tenetur Capitulum, sive alius Beneficiatus solvere taxam seminarium ex emolumentis, preventibus & Legatis relictis pro celebratione missarum.

44 Item seminario non est contribuendum ex iis, que in incerto, aut in elemosynis pitorum, & similibus consistunt.

45 Seminario contribuere non tenetur abbatia unita Capitulo cathedralis ante Concilium.

46 Nec seminario contribuere cogi potest Abbas, qui in suo territorio & jurisdictione seminarium retinet.

47 Beneficia que ob illorum fructuum tenuitatem decimis Papalibus non contribuant, neque contribuere tenentur seminario.

48 Quantitas taxæ solvenda seminario constitui debet ab Episcopo cum consilio duorum Deputatorum de Capitulo, & totidem de Clero.

49 In taxanda portione beneficiorum habenda est ratio ad onera perpetua eorumdem, & alias expensas necessarias à Beneficiariis faciendas, que prius deducenda sunt.

50 Taxa in qua summa instituenda.

51 Taxa juxta temporum, & rerum exigentiam augeri potest.

52 Ita è contra taxa est reducenda, & moderanda, si redditus beneficii taxati absque culpa Beneficiarii notabiliter diminuatur.

53 Si seminarium in totum, vel in partem reperitur dotatum, vel aliàs auctum de redditibus fuerit, tantundem demi debet de taxa.

54 Episcopus potest compellere debitorum taxa seminarium ad solvendum, etiam censuris, aliisque juris remediis.

55 Quod si Episcopus denegaverit suam portionem, potest compelli, & acriter corrigi ab Archiepiscopo, & Archiepiscopus à Concilio Provinciali; Usi etiam

si adesset negligentia in seminarium erectione, ejusque conservatione.

56 Episcopus potest, immo tenetur unire seminario beneficia aliquot simplicia quoscumque qualitates, & dignitatis fuerint, sine cultus divini, & obsequium præjudicio, etiamsi essent affecta, seu reservata.

57 Pro hujus unionis forma tamen tria requiruntur, que assignantur, ad num. 59.

60 Quomodo possit, immo tenetur Episcopus unire seminario beneficia aliquot simplicia, non potest tamen unire beneficia simplicia Juris patronatus, sive laici, sive ecclesiastici, vel alia pertinentia ad inferiorem Collatorem, & Electorem sine consensu patronorum.

61 Neque seminario uniri possunt beneficia reservata post vacationem.

62 Neque seminario uniri possunt Canonici collegiarum ecclesiarum, quomodo ex consuetudine non obligent ad residentiam.

63 Item neque seminario uniri possunt beneficia Curata nequidem habitu tantum.

64 Neque seminario uniri possunt beneficia regularia, sive dentur in titulum, sive in commendam, sicut tamen si statum mutaverint.

65 Neque seminario uniri possunt abbatie, prioratus, & monasteria consistorialia, seu beneficia quovis modo auctoritate Apostolica commendata, & obenta, seu obtinenda per S. Rom. Eccles. Cardinales, seu alios viros, & proprios Papa Familiars, Nuntios Apostolicos, & Secretarios Congregationum, quibus idem S. R. E. Cardinales intersunt.

66 Nec valet unio facta seminario omnium beneficiorum simplicium.

67 Episcopus singulis annis præsentibus quatuor Deputatis tenetur exigere rationem reddituum seminarium ab Administratoribus.

68 Bona stabilia seminarium non possunt ultra triennium locari, nec eadem bona cum aliis bonis in evidentem ecclesie utilitatem permutari. Nec sterilia, & inculta in emphyteusim ad tertiam generationem concedi sine beneplacito Apostolico.

69 Seminarium auctoritate Episcopi erectum gaudet immunitate ecclesiastica, ita ut Reus ad illud confugiens non possit extrahi.

70 Seminarium est immune à tributis, & aliis secularibus muneribus extraordinariis; Nec gabellarum portuum diminere Rectori, & Magistro Seminarium consuetam franchitiam fatina.

71 Seminarium Clerici debent in publicis processibus primi incidere ante Clerum secularem, ac relinquere locum digniorem Curatis.

72 Seminarium Clerici non procedunt Canonici Collegiata.

73 Seminarium non est membrum ecclesie cathedralis, licet in ea Clerici seminario officiant.

74 Pro erectione seminarium cogitur quis vendere rem suam, sicuti etiam pro ampliacione domus seminarium.

75 Adducuntur hic ad rem varia decreta, prout ad litteram referuntur à Pignatello. Unde ab hoc num. usque ad num. 177. non est opus Summario.

178 Supradicta decreta, & omnia supra exposita moderanda sunt, & intelligenda juxta novissimam constitutionem Benedicti XIII.

179 Afferitur ad litteram dicta constitutio.

180 Insuper ad complementum offeruntur hic Instructiones, que mandato dicti Benedicti XIII. emanarunt circa taxam Seminarium, que transmissa fuit ad Episcopos Italiae, & Insularum adjacentium, una cum hac encyclica epistola, ad num. 181.

182 Subducuntur supplementa Auditoris, ad num. 194.

195 Addit. ex aliena manu, ad num. 100.

SEMINARIA erigenda sunt in qualibet ecclesia metropolitana, vel cathedrali, & in eis tenendi & erudiendi sunt Clerici adolescentes. Concil. Trident. sess. 23. de

re-

reformat. cap. 18. Et etiam erigenda sunt in ecclesiis abbatibus habentibus proprium territorium privative quoad Episcopos: Sic declarasse Sacram Congregationem Concilii testatur ex aliis Ventriglia part. 2. adnot. 29. §. unic. num. 2.

2 Si non possit erigi seminarium in omni cathedrali, debent erigi duo, vel unum saltem in provincia per synodum provinciale, & debent alie ecclesie concurrere ad expensas. Concil. Trident. cit. cap. 18.

3 Seminarium plura fieri possunt in diocesi ampla; omnia tamen ab eo, quod est in cathedrali, dependere debent. Concil. Trident. cit. cap. 18.

4 Seminarium censetur vere, & formaliter erectum, quoties Alumni in aliqua etiam domo conducta collegialiter vivunt, & juxta formam Concilii inibi erudiuntur. Rota coram Cocchio decr. 1365. num. 1. Garcias de benefic. part. 12. cap. 2. num. 194. & 195. Lotter. de re benefic. lib. 2. cap. 29. Ventriglia part. 2. adnot. 26. §. unic. num. 42. Monacell. part. 1. tit. 12. form. 1. numer. 2. & alii passim.

5 Seminarium erigi non potest in aedibus canonicibus, nisi de consensu Canonicorum, & ita separatim, ut Presbyteri, vel Clerici nullam communicationem habeant cum Seminaristis. Sac. Congreg. Episcop. in Mutinens. 3. Februar. 1604.

6 Pueri alendi in seminario sumptibus illius sunt filii pauperum bonae indolis, qui spem bonae expectationis praeseferant. Concil. Trident. cit. cap. 18.

7 Possunt tamen in seminario etiam teneri, & erudiri filii divitum, sed sumptibus propriis. Concil. Tridentin. cit. cap. 18.

8 Pueri in seminario recipiendi debent esse ex legitimo matrimonio nati, & ad minus aetatis annorum duodecim, qui sciant legere, & scribere competenter: Tonsura statim, atque habitu clericali semper utantur: Discant grammaticam, cantum ecclesiasticum, computos, aliasque bonas artes, sacram scripturam, doctrinam confessionum audiendarum, sacramentorum ministrandorum, rituum, & caeremoniarum, omni die misse inserviant, omni mense confiteantur, & alternent, diebus festis inserviant cathedrali, vel alteri ecclesie. Concil. Trident. cit. cap. 18.

9 Pro administratione, & regimine seminarium faciendae statuuntur tres species Deputatorum, seu Consultorum. Prima species est duorum Canonicorum seniorum, & graviorum ab Episcopo eligendorum, quorum consilium adhibere debet Episcopus circa ea, quae visitationem, correctionem, & gubernationem personarum seminarium concernunt. Concil. Tridentin. cit. cap. 18. ibi: "Quae omnia, atque alia ad hanc rem opportuna, & necessaria Episcopi singuli cum consilio duorum Canonicorum seniorum, & graviorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus Sanctus suggererit, constituent, eaque ut semper observentur, utriusque visitando, operam dabunt, &c." Secunda species Deputatorum, seu Consultorum, est duorum etiam de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter vero ab ipso Capitulo est eligendus. Concil. Tridentin. cit. cap. 18. ibi: "Idem Episcopi cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur;" Tertia species est duorum de Clero civitatis, quorum unus similiter ab Episcopo, & alter a Clero est eligendus. Concilium Tridentinum cit. cap. 18. ibi: "Itemque duorum de Clero civitatis,

Regibus Hispaniae tamquam Oecumenici Tridentini Concilii Protectoribus, commendata est suis in regnis Seminariorum erectio: ac proinde eisdem privative competit, ut non detur omisio in eorum erectione: quamobrem Castellae Consilio Supremo, Aula quam vocant de Gobierno, Seminariorum erectionis cura est per ipsosmet Reges demandata (1).

(1) Leg. 62. tit. 4. lib. 2. §. 1. ibi: Que para lo de Gobierno se aparte una Sala de cinco del Consejo: §. 2. En esta Sala, comenzando por la mayor obligacion de acudir al servicio de Dios, se tenga cuidado de la guarda de las cosas establecidas por el Santo Concilio de Trento; & de la extirpacion de vicios, y re-

quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad Clerum pertinet." Et horum Deputatorum, seu Consultorum secunda, & tertia species consilium tenentur Episcopus requirere circa ea, quae continentur portiones detrahendas ex singulis beneficiis pro sustentatione seminarium, & uniones beneficiorum illi faciendas. Sic expresse Concil. Trid. cit. cap. 18.

Consilium dictorum Deputatorum adhibere debet Episcopus, tam in constituendis regulis seminarium, quam in electione, admissione, & expulsionem puerorum, in deputatione magistrorum, & librorum legendorum, in visitatione, & rerum temporalium administratione. Sic declaravit Sacra Congreg. Concil. ut testatur Ventriglia part. 2. adnot. 29. §. unic. num. 6. 9. & 10. Crispin. de Visitat. part. 1. §. 31. num. 6. Monacell. part. 1. tit. 12. form. 1. num. 1. & alii; inter quos Eminentiss. Cardinal. Cavalchini alia Sac. Congreg. Concil. Secretarius, nunc Prodaturus, in expositione causae in Tricaricensi Administrationis Seminarium sub die 24. Mart. 1706. ubi plura referet decreta ad rem, uti videri potest in tomo 7. Theauri Resolut. Sacrae Cong. Conc.

Hinc Episcopus tenetur omnino requirere consilium praedictorum Deputatorum respective, aliis actus non valet, cum tale consilium videatur requisitum a Concilio pro forma. Silvester verb. Consilium, num. 9. vers. Quarto quaeritur: Pignatell. tom. 1. consult. 118. num. 7. ubi multa ad rem, Monacell. loc. cit. form. 3. num. 1. ubi dicit, quod sic in terminis declaravit. Sac. Congreg. Concil. in Salerni. quam refert Crispin. de Visitat. part. 2. §. 31. num. 6. Ventriglia loc. cit. num. 6.

Licet autem Episcopus teneatur Deputatorum consilium requirere, non tamen tenetur eorum consilium sequi, ut decisum referunt Barbosa ad Concil. Trident. cit. sess. 23. de reformat. cap. 18. num. 7. Gonzalez ad regul. 8. Canceller. Glossa 46. num. 74. Ventriglia loc. cit. num. 6. & Cardinal. Cavalchin. loc. cit.

Seminarium Deputati, & alii Officiales habent votum consultivum, non autem decisivum. Sac. Cong. Concil. 1620. apud Barbosam loc. cit. num. 6. & Aidan. in compend. canonice. resol. lib. 3. tit. 18. num. 2.

Canonici duo eligendi, postquam fuerint electi, erunt perpetui, nec sine legitima, & justa causa amoveri possunt: Est autem causa legitima senectus, infirmitas, & similia alia. Sacra Congreg. Concil. in Cremonens. 5. Septembr. 1602. apud Pignatell. tom. 9. consult. 81. num. 56. & Cardinal. Cavalchin. loc. cit.

Dicti duo Canonici Deputati, si quandoque contingat ea de causa sine fraude ab ecclesia abesse cum Episcopo, non sunt privandi quotidianis distributionibus, tamquam absentes propter ecclesiae utilitatem ex officio eis attributo. Barbosa loc. cit. num. 8. Ventriglia, loc. cit. num. 9. Moneta de distribut. quotidian. part. 2. quaest. 8. num. 7. & alii.

Consultorum praedictorum deputatione, quamvis possit fieri extra synodum, nihilominus regulariter fieri debet in synodo, in qua jam totus Clerus congregatus reperitur. Corrad. prax. benefic. lib. 4. cap. 8. numer. 28. Monacell. loc. cit. form. 2. num. 2. & alii.

Pro expensis erectionis, & mantentionis seminarium applicandi sunt eo ipso eidem seminario redditus omnes, ac bona omnia, quae ad instituendos, vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis, & locis piis destinata; dummodo in illis ecclesiis, & locis piis actu

medio de peccatis publicis; del amparo de los Monasterios, y de dar favor á los Prelados para que hagan guardar sus Institutos; tambien de la educacion y conservacion de los Hospitales, y ereccion de los Seminarios en los Obispados, y Lugares donde no está executado lo que está dispuesto:

actu erectum non sit collegium puerorum, nec seminarium actu habeatur: secus enim est de tali collegio, sive alio seminario, quia illud non tollitur per Tridentinum in dict. sess. 23. cap. 18. licet ex fructibus super excrecentibus portio detrahatur. Sac. Congreg. Concil. in Vercellensi 27. Julii 1570.

Ubi supra dicti redditus non habentur, non sunt sufficienti pro erectione, & integra mantentione seminarium, debet Episcopus primo ex ejus episcopali mensa ratam fructuum seminario contribuere, & postea suo exemplo Capitulum, & ceteros Beneficiatos ad id pro rata compellere; Sic de mente Concilii Tridentini declaravit Sac. Congreg. ejusdem Concilii in dict. cap. 18. sess. 23. de reform. ut referunt Barbosa de offc. & potest. Episc. allegat. 77. num. 2. Pignatell. tom. 9. consult. 81. num. 96. Ventriglia loc. cit. num. 14. Monacell. loc. cit. form. 1. num. 3. & alii passim.

Unde ad contribuendum pro seminario non solum tenetur Episcopus de sua mensa episcopali, Abbas de sua mensa abbatiali, & Capitulum de sua mensa, seu mensa capitulari, sed etiam omnes Beneficiati de suis respective beneficiis, etiam sint de Jurepatronatus, ut expresse statuit Conc. Trident. cit. sess. 23. cap. 18. A seminarium enim contributione nullus est exemptus, nisi qui nominatim a Concilio excipiuntur, ut declaravit Sac. Congreg. Concil. 11. Januar. 1601. apud Sellium in election. canonice. cap. 36. num. 3. Barbosa in summa Apostolicar. decr. verb. Seminarium collect. 1768. num. 1.

Hinc etiam Cardinales tenentur contribuere seminario de fructibus abbatiarum, & beneficiorum, quae habent in diocesi, in qua est seminarium, & hanc contributionem solvere tenentur juxta taxam ab Episcopo, & Deputatis factam; Sac. Congreg. Concil. in Adriens. 3. Decemb. 1622. & in Tuderina 15. April. 1628. apud Barbosam ad Concilium Tridentinum cit. sess. 23. c. 18. num. 23. & novissime Benedictus XIII. constit. incip. Creditæ §. 1.

Seminarium contribuere tenentur omnia monasteria Regularium, non tamen Mendicantium. Conc. Trident. cit. cap. 18. Etiam monasteria illa contribuant seminario sui Ordinis, tenentur adhaec contribuere seminarium Episcopi de eo, quod superest. Sac. Congreg. Concil. in monaster. 7. Septembr. 1630. apud Barbosam loc. cit. num. 29. Sellium in Select. Canon. cap. 10. num. 19. Ventriglia loc. cit. num. 33.

Eximit autem Concilium loc. cit. num. 19. ab hac contributione faciendi seminario omnia monasteria Regularium Mendicantium, quorum nomine veniunt omnia monasteria Dominicanorum, Franciscanorum, Augustinianorum, Carmelitarum, & aliorum omnium, qui ex particularibus privilegiis Summorum Pontificum participant de privilegiis Mendicantium. Communis.

Regulares autem Mendicantes, si habeant beneficia unita suis monasteriis, tunc habita ratione reddituum eorumdem, solvere debent pro eorum rata. Sac. Congreg. Concil. apud Pignatell. tom. 9. consult. 81. num. 56. Monacell. loc. cit. form. 1. num. 4. Ventriglia loc. cit. num. 35. Barbosa ad Concil. Tridentin. loc. cit. num. 28.

Unio tamen dictorum beneficiorum ad hoc, ut Regulares compellantur contribuere, est probanda per Episcopum: Nam in monasteriis Mendicantium, quae possident bona immobilia, onus probandi ea esse per uniones acquisita, in Episcopum transfertur, quo non probante, ea bona erunt exempta. Sac. Congreg. Concil. in Patavina apud Pignatell. loc. cit. num. 68. Et talis unio ad hoc, ut Mendicantes possint compelli ad contribuendum, est plene probanda, non per conjecturas, & presumptiones, sed per Gratiae unionis expeditionem. Sac. Congreg. Concil. in Cornetana 28. Julii apud Monacell. loc. cit. num. 5.

Regulares Mendicantes ex redditibus Beneficiorum suis monasteriis unitorum debent contribuere seminario, non obstante quod praetendant se exemptos, quia videlicet in illis lectiones grammaticae, & conscientiae casuum pro audiendis confessionibus quotidie habeantur,

quia ex hoc non eximuntur, sed tantum deducitur impensa faciendi pro habendis praedictis lectionibus a contributione, & ex reliquo solvant ad ratam. Sac. Congreg. Concil. apud Sellium in Select. Canon. cap. 10. num. 19. Barbos. ad Trident. loc. cit. num. 28.

Unde Sac. Congreg. praedicta 21. Julii 1629. declaravit, portionem debitam seminario ratione beneficiorum exigi posse post unionem ejusdem beneficii factam Regularibus, qui mendicantium privilegiis gaudent. Sic apud Barbosam ad Trident. loc. cit. num. 27. Sellium loc. cit. num. 18. Vide tamen infra constitutionem novissime editam a Benedicto XIII. incip. Creditæ, §. 1. in fine.

Seminarium contribuere tenentur etiam Beneficiati eorum Beneficiorum, quae ad collationem, & institutionem Monachorum pertinent, si intra fines diocesis sint. Sac. Congreg. Concil. in Caputaquens. 4. Februar. 1593. apud Aidan. in compend. canonice. resol. lib. 3. tit. 10. numer. 22. Barbosa ad Trident. loc. cit. num. 26. & in summa Apostolic. decr. collect. 1568. num. 8. & 13.

Moniales non tenentur contribuere seminario, si beneficia non habeant unita; & si habeant, non tenentur nisi de redditibus beneficiorum unitorum earum monasteriis. Sac. Congreg. Concil. in una Hieracens. de anno 1698. apud Sellium loc. cit. num. 19. Barbosa ad Trident. loc. cit. num. 3. Ventriglia loc. cit. num. 36.

Confraternitates, scholae, & capellae etiam intra Regularium ecclesias sitae, si habeant beneficia annexa, vel redditus, seu proventus ecclesiasticos, tenentur contribuere seminario; Sac. Congreg. Concil. in Lucana 5. Julii 1628. & in Sigina 18. Novemb. 1628. & novissime Benedictus XIII. cit. constit. incipient. Creditæ, §. 1. ibi: "Nec non fructus ac redditus confraternitatum laicorum ex certis fundis, & capitalibus provenientes (non autem summas pecuniarias, quae a confratribus quolibet mense, vel anno, vel per modum elemosynae, vel in vim Statutorum contribuantur) subijci, & ad illius solutionem perpetuo teneri decernimus, & mandamus."

Seminarium contribuere tenentur hospitalia, quae dantur in titulum, vel administrationem, & habent annexa beneficia, vel redditus ecclesiasticos. Sac. Congreg. Concil. in Lucana 5. Julii 1628. apud Ventriglia loc. cit. num. 21. & alios ibi adductos. Non tenentur tamen contribuere hospitalia illa, quae administrantur a laicis, & in quibus sunt bona laicorum, quae non data sunt in titulum, commendam, seu administrationem. Sic Sac. Congreg. Concil. apud Barbosam in summa collect. 1568. n. 16. Ventriglia loc. cit. num. 22.

Item seminario contribuere tenentur omnia beneficia secularia, & regularia per quoscumque, etiam per Cardinales, & per Pontificis Familiars, per Camerae Apostolicae Clericos, Ministros, ac Officiales quoscumque obtenta, & imposterum obtinenda: Sic novissime statuit Benedictus XIII. citat. constit. incip. Creditæ §. 1. ibi: "Eidem vero taxa omnia, & singula beneficia secularia, & regularia per quoscumque etiam Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Card. nec non Nostros, & pro tempore existentis Romani Pontificis Familiars, & Camerae Nostrae Apostolicae Clericos, Ministros, ac Officiales quoscumque praesentes, & futuros obtenta, & imposterum obtinenda... subijci, & ad illius solutionem perpetuo teneri decernimus, statuimus, & mandamus."

Item contribuere tenentur omnia beneficia secularia prioratibus, commendis, vel bajulivibus Ordinis Fratrum Sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque unita, aut de cetero unienda; Sic Benedictus XIII. in dict. constit. incip. Creditæ §. 1. ibi: "Ac omnia insuper beneficia secularia prioratibus, commendis, vel bajulivibus Ordinis Fratrum Sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque unita, aut de cetero unienda... subijci, & ad illius solutionem perpetuo teneri decernimus, statuimus, & mandamus."

Non solum Beneficiarius Titularis, sed etiam pen-

- sionarius tenetur ad contributionem seminarii pro rata pensionis, sive seminarium erectum sit ante reservationem pensionis, sive non; Sic declarasse Sac. Cong. Conc. refert ex aliis Barbosa ad Concil. Trid. cit. sess. 23. cap. 18. num. 48.
- 39 Dicitur rata pensionis licet possit exigi a titulari, ille tamen predictam ratam retinebit in pensionario, nisi aliter inter partes cautum sit in constitutione pensionis Papa annuente, quam ratam potest titularis retinere ad rationem, quam ipse solvit. Sic Sac. Cong. Concil. in Lucana 5. Julii 1628. apud Ventriglia loc. cit. num. 28. Barbosa ad Concil. loc. cit. num. 49. & 50.
- 40 Seminarii contributio anticipata solvenda est de quadrimestri in quadrimestre. Sac. Congr. Episcop. & Regul. 8. Martii 1688. apud Ventrig. loc. cit. num. 38. ubi addit, quod in praxi pluribus in locis videntur dicta contributiones solvi in semestre de semestri.
- 41 Capitulum non tenetur solvere taxam seminarii de distributionibus quotidianis distinctis a Præbendis; Sac. Cong. Concilii in Lucana 5. Julii 1628. apud Ventriglia loc. cit. num. 15. & alios ibi citatos. Ubi subiungit, quod hoc procedit, etiamsi omnes fructus Canonici tantum consistant in distributionibus quotidianis, quæ dari solent dumtaxat divinis personaliter interessentibus: Adhuc enim non tenentur Canonici ad seminarii contributionem, & refert sic decisum fuisse per Sac. Cong. in Capuana 10. Decembris 1592.
- 43 Item non tenetur Capitulum, sive alius Beneficiarius solvere taxam seminarii ex emolumentis, provenientibus, & legatis relictis pro celebratione missarum; Sac. Cong. Concil. in Caven. 17. Novemb. 1729. apud Ventrig. loc. cit. num. 16. Barbosa in Summa Apost. decision. collect. 1568. num. 18.
- 44 Item seminarium non est contribuendum ex illis, quæ in incerto, & in elemosinis piorum, & similibus consistunt. Sac. Cong. Concil. apud Piasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 2. num. 5. Barbosa loc. citat. num. 20. Ventriglia loc. cit. num. 17.
- 45 Seminarium contribuere non tenetur abbatia unita Capitulo cathedralis ante Concilium; Sac. Cong. Concil. in Lucana 17. Februar. 1620. apud Barbos. loc. cit. num. 19. Ventrigliam loc. cit. num. 19. ubi subiungit intelligendum hoc esse, quod non tenetur solvere ipsa abbatia principaliter, licet teneatur Capitulum habita ratione omnium reddituum, etiam abbatiarum.
- 46 Nec seminarium contribuere cogi potest Abbas, qui in suo territorio, & Jurisdictione seminarium proprium erectum habet, & provium retinet. Sac. Cong. Conc. 30. Martii 1594. apud Barbos. loc. cit. num. 15. & Aldan. in compend. canonicar. resol. lib. 3. tit. 11. num. 31.
- 47 Beneficia secularia, quæ ob illorum fructuum tenuitatem decimis Papalibus non contribunt; neque contribuere tenentur seminario. Sac. Cong. Conc. 21. Martii 1602. & 23. Martii 1604. & in Amalphitana 18. Julii 1699. in respons. ad 11. & 6. Febr. 1700.
- 48 Quantitas taxæ solvendæ seminario constitui debet ab Episcopo cum consilio duorum Deputatorum de Capitulo, & totidem de Clero. Conc. Trid. cit. sess. 23. cap. 18. & Benedictus XIII. dict. constit. incip. Credite §. 1.
- 49 In taxanda portione beneficiorum habenda est ratio ad onera perpetua eorumdem, & ad alias expensas necessarias à Beneficiariis faciendas, quæ prius deducende sunt. Sac. Cong. Concil. in Caven. 17. Novemb. 1629. apud Barbos. ad Conc. citat. cap. 18. numer. 4. & in Summa loc. cit. numer. 3. & apud Bonandin. in thesaur. ecclesiast. decis. resol. 32. numer. 8.
- 50 Taxa instituenda est juxta beneficii qualitatem, loci, & diocesis ubertatem, & caritatem; Alibi enim summa duorum cum dimidio pro centenario sufficit, & alibi etiam quatuor approbatur, ut decisum refert Pignatell. tom. 1. consulti. 416. & tom. 9. consulti. 81. num. 106. Et licet taxa regulariter non debeat excedere dimidium decimarum, Clemens tamen VIII. concessit
- Episcopis posse taxare beneficia pro seminario plus medietate decimarum, non obstante Bulla S. Pii V. si expedire judicaverit. Sic refert, & tenet Ventriglia loc. cit. num. 39. Garcia de benef. part. 12. cap. 2. numer. 107. in fine. Episcopus enim virtute potestatis sibi attributæ à Concilio, nedum in dimidio decimæ potest taxare Beneficia, sed etiam in majori, prout expedire judicaverit, ut ex decret. Sacræ Congregationis probat Gallemart supra d. cap. 18. num. 26. & sequitur Monacell. loc. citat. formul. 2. num. 6. Novissime autem Benedict. XIII. constit. incip. Credite §. 2. statuit, quod Taxa nunquam minor sit scutis tribus, neque major scutis quinque pro quolibet centenario. Vide infra, ubi datur ipsa constitutio ad literam.
- Taxa juxta temporum, & rerum exigentiam augeri potest, ut in casu, quo redditus seminarii essent ita diminuti, ut ad victum scholarium, aliaque onera subeunda non sufficerent. Corrad. prax. benef. lib. 4. c. 8. num. 19. Pax Jordan. lucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 4. num. 23. Monacell. loc. cit. num. 7. & alii.
- Ita è contra taxæ est reducenda, & moderanda, si redditus beneficii taxati absque culpa Beneficiarii notabiliter diminuantur. Sacra Cong. Concil. in Romana Taxæ 26. Januarii 1627. apud Monacell. loc. cit. formul. 1. num. 7.
- Si seminarium in totum, vel in partem reperitur dotatum, ut in casu, quo redditus seminarii essent ita diminuti, ut ad victum scholarium, aliaque onera subeunda non sufficerent. Corrad. prax. benef. lib. 4. c. 8. num. 19. Pax Jordan. lucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 4. num. 23. Monacell. loc. cit. num. 7. & alii.
- Ita è contra taxæ est reducenda, & moderanda, si redditus beneficii taxati absque culpa Beneficiarii notabiliter diminuantur. Sacra Cong. Concil. in Romana Taxæ 26. Januarii 1627. apud Monacell. loc. cit. formul. 1. num. 7.
- Si seminarium in totum, vel in partem reperitur dotatum, ut in casu, quo redditus seminarii essent ita diminuti, ut ad victum scholarium, aliaque onera subeunda non sufficerent. Corrad. prax. benef. lib. 4. c. 8. num. 19. Pax Jordan. lucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 4. num. 23. Monacell. loc. cit. num. 7. & alii.
- Episcopus potest compellere debitores Taxæ seminarii ad solvendum etiam censuris, aliisque Juris remediis. S. Cong. Conc. in Mexicana apud Aldan. in compend. Canonic. resol. lib. 3. tit. 16. num. 24. & Barbos. in summa loc. cit. num. 4.
- Quod si Episcopus denegaverit suam portionem, potest compelli, & acriter corrigi ab Archiepiscopo, & Archiepiscopus à Concilio provinciali, ut etiam si adesset negligentia in seminarii erectione, ejusque conservatione. Sic expresse Concilium Tridentinum citat. cap. 18. ibi: "Quod si cathedralium, aliarumque majorum ecclesiarum Prælati in hac seminarii erectione, & ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detrectaverint, Episcopum Archiepiscopus, Archiepiscopum & Superiores synodus provincialis acriter corrigere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat."
- Episcopus potest, immo tenetur unire seminario beneficia aliquot simplicia cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, sine cultus divini, & obtinentium præjudicio, etiamsi essent affecta, aut in curia effectum sortirentur. Concil. Trident. cit. cap. 18. Barbosa ibid. num. 33. & alii communiter.
- Pro hujus unionis forma tamen requiritur primo, quod seminarium jam sit erectum, & formaliter institutum. Sic Auctoritate Roræ, & Sacræ Congregationis probat Garcia de beneficiis part. 12. cap. 2. n. 193. & Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 30. num. 47. & seq. Riccius in praxi 3. part. resol. 415. num. 3. Ventriglia loc. cit. num. 42. contra Gonzal. & Grat. Ad hoc autem, ut seminarium ad hunc effectum censetur jam erectum, sufficit, quod domus sit jam conducta, seu emptæ, & pueri sint introducti, & sint duo de Capitulo, & totidem de Clero ad præscriptum Concilii cit. cap. 18. vere electi, & deputati. Communiter.
- Secundo requiritur, quod concurrat vera, & præcisæ necessitas seminarii faciendi ei talem unionem cum consilio dictorum deputatorum; Nec sufficit pro faciendâ tali unione causa commodioris sustentationis, vel amentatis, & recreationis gratia.

Sic

- Sic Rota in una Mediolan. prætense unionis 16. Novembris 1594. coram D. Orano, Lotter. loc. cit. num. 60. Casar de Grass. decis. 132. per tot. Ventriglia loc. cit. num. 42. & alii.
- 59 Tertio requiritur, quod præcesserit detractio fructuum de mensa episcopali, & de aliis beneficiis juxta formam Concilii, in d. cap. 13. Sic respondit Sac. Cong. & tenuit Rota in Aversana beneficiorum 25. Julii 1606. coram D. Sacroto, & in recentioribus part. 2. decis. 361. num. 7. Lot. loc. cit. num. 61. Ventriglia loc. cit. num. 42. & alii.
- 60 Quamvis autem possit, immo teneatur Episcopus unire seminario beneficia aliquot simplicia, non potest tamen unire beneficia simplicia Juris patronatus, sive laicalis, sive ecclesiastici, vel alia pertinentia ad inferiorem Collatorem, & Electorem, sine consensu Patronorum. Clem. Unica de statu Monachor. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 15. Et sic expresse decisum fuisse referunt Franciscus Leo in thesaur. fori eccles. part. 2. cap. 16. num. 23. Molestus in summa theol. Moral. tract. 6. cap. 14. ad num. 62. & alii.
- 61 Neque seminario uniri possunt beneficia reservata post vacationem; quamvis enim uniones beneficiorum factæ servata forma à Tridentino præscripta valide sint, si fiant ante vacationem; sunt tamen invalidæ, & nullæ, si fiant post vacationem, & provisi à Sede Apostolica miti debent in possessionem. Sac. Cong. Conc. apud Garcia de benef. part. 12. cap. 2. numer. 102. & Barbosa in summa Apostol. decis. verb. Unio num. 6. & 7.
- 62 Neque seminario uniri possunt Canonici collegiarum ecclesiarum, quamvis ex consuetudine non obligent ad residentiam, quia Concil. Tridentinum cit. cap. 18. non loquitur de his beneficiis simplicibus. Sac. Cong. Episcop. in Aquilana 27. Martii 1570. apud Sell. in select. canon. cit. cap. 10. num. 21. Et Barbosa in Trident. cit. cap. 18. num. 36. Item neque seminario uniri possunt beneficia curata nequidem habitu tantum. Sacra Congreg. 12. Febr. 1622. apud Pignatell. tom. 9. consulti. 81. num. 141.
- 64 Neque seminario uniri possunt beneficia regularia, sive dentur in titulum, sive in commendam, secus tamen si statum mutaverint. Sic Sac. Cong. in Capuana 26. Julii 1586. apud Sellium loc. cit. numer. 25. Barbosa loc. cit. num. 39. Ventriglia loc. cit. num. 45.
- 65 Neque seminario uniri possunt abbatæ, priores, & monasteria consistorialia, sive beneficia quovis modo Apostolica auctoritate commendata, & obtenta, seu obtinenda per S. R. E. Cardinales, seu veros, & proprios Papæ Familiares, Nuntios Apostolicos, & Secretarios Congregationum quibuslibet S. R. E. Cardinales intersunt. Sic expresse Benedict. XIII. in cit. const. incip. Credite §. 5.
- 66 Nec valet unio facta seminario omnium beneficiorum simplicium. Sic decisum fuisse referunt Molles. in summa theol. moral. tract. 6. cap. 14. num. 60. & Barbos. in Trident. cit. cap. 18. num. 15. & alii.
- 67 Episcopus singulis annis præsentibus quatuor Deputatis tenetur exigere rationem reddituum seminarii ab Administratoibus. Sic expresse statuit Conc. Trid. cit. cap. 18. ibi: "Rationem autem reddituum hujus seminarii Episcopus annis singulis accipiat præsentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero Civitatis deputatis."
- 68 Bona stabilia seminarii non possunt ultra triennium locari: Nec eadem bona cum aliis bonis in evidentem ecclesiæ utilitatem permutari: Nec sterilia, & inculta in emphyteusim ad tertiam generationem concedi sine beneficio Apostolico. Sac. Congreg. Concil. in
- Vercellen. 19. Februar. 1633. & in Salutarium 20. Septembris 1617. in respons. ad 2. ubi cum quæreretur; An bona stabilia seminario in hereditate relicta, postquam fuerint ei incorporata, possint alienari, inconsulto Romano Pontifice, pro solutione eris alicui ab ipsa hereditate debiti, absque incurso penarum? Censuit non posse alienari. Sic Card. Petra Comment. ad const. 5. Urban. II. sess. 3. n. 28.
- Hinc seminarium auctoritate Episcopi erectum gaudet immunitate ecclesiastica, ita ut Reus ad illud confugiens non possit extrahi. Communiter. Et ita seminarium est immune à tributis, & aliis secularibus muneribus extraordinariis; nec gabellarii possunt diminutione Reftori, ac Magistro seminarii consuetam franchitiam fatinæ; S. C. Immun. in Salernitana 4. Novembris 1693. lib. 1. Decretal. Vallem. pag. 84.
- Seminarii Clerici debent in publicis processionibus primi incidere ante Clerum secularem, ac relinquere locum digniorum Curatis. Sac. Congreg. Rit. in Capuana 1607. & in Adriæ Rodigii 22. Mart. 1620.
- Seminarii Clerici non præcedunt Canonici collegiatæ; S. Cong. Rit. in Fundana 20. Decembris 1601.
- Seminarium non est membrum ecclesiæ cathedralis, licet in ea Clerici seminarii officent; S. C. R. in Capuana 1. Sept. 1607.
- Pro erectione seminarii cogitur quis vendere rem suam, sicuti etiam pro ampliatione domus seminarii. Sic pluries decisum fuisse refert Maranta 3. part. controvers. res. 28. num. 7. (Ad rem lit. E pag. 153. numer. 53.)
- Hinc ad uberiorem notitiam juvat adducere varia decreta, prout ad literam referuntur à Pignatell. tom. 9. consulti. 81. ad num. 47. ad 148. inclusive. Quamvis tamen varia ex ipsis sint jam supra adducta.
- In Orosini. Curare debet Episcopus cum consilio duorum Canonorum Seniorum, ut pueri seminarii cathedrali, & aliis locis ecclesiasticis diebus festis cum superpelliceis in gradibus inferioribus chori deserviant.
- In Faventina. Episcopus pro fabrica seminarii, vel pro instauratione domus seminarii potest taxam exigere, licet adhuc juvenes non sint in illud introducti.
- In Aversana. Ante erectionem seminarii nihil eo nomine solvendum est.
- In Cremonensi. Illi duo de Capitulo eligendi postquam fuerint electi, erunt perpetui, nec sine legitima causa amoveri possunt; Est autem causa legitima senectus, infirmitas, & similia alia; 5. Septembris 1602.
- In Ravennatensi. Episcopus, adhibito consilio Deputatorum ad regimen seminarii, potest circa illud statuere, quod sibi magis videbitur, etiam moderando statuta in hoc decreto cap. 18. ut colligitur ex verbis ultimis dicti Capituli.
- In Orosini. Episcopus cum consilio Deputatorum tenetur providere, tam circa disciplinam, & mores Clericorum, quàm circa administrationem rerum temporalium. Potest autem eorum consilio adhibito facere quod sibi expediens videbitur. Exactio vero taxæ ad solum Episcopum spectat: Unde solus absque interventu Deputatorum compellere potest ad solvendam portionem seminario debitam.
- In Uritana. De distributionibus quotidianis, & incertis nihil seminario solvendum est.
- In Ulyssiponensi. Antequam fructus taxæ pro rata seminario solvenda, deducende sunt expensæ, quæ fiunt in beneficiis.
- In Sorana. Beneficium, quod non reperitur taxatum in libris decimarum, non contribuit seminario erecto post diem undecimum Julii anni 1567.
- In Burgensi. Regulares ad seminarium non tenentur,

⊙ Cum ad certas, determinatasque ecclesias sit circumscriptum jus asyli, nisi ad eundem finem, assignatum fuerit Seminarium, cujuscumque delicti perpetrator ad illud confugiens, immunitate haud gaudebit, extrahendusque ab illo veniet (1).

(1) Vide verb. Immunitas.

- 86 *In Ulyssiponensi.* In solutione taxæ pro seminario debent pro rata detrahi expensæ, quæ sunt in colligendis fructibus, ac onera posita ante collegium.
- 87 *In Uritana.* Quando fructus omnes consistant in distributionibus quotidianis, quæ dari solent divinis interuentibus tantum, non tenetur Capitulum ad contributionem seminarii.
- 88 *In Melphitana.* Quando abbatia, sive aliud beneficium est nullius diocesis, solvitur seminario illius diocesis, in qua aliàs dicta abbatia, sive beneficium erat constituta: Si vero ecclesia stet in una diocesi, & bona ejus in altera, contributio fieri debet Episcopo loci, ubi est ecclesia, nisi bona in altera diocesi existentia sint propinqua alicui ecclesiæ ibi constitutæ, quæ tamquam membrum subjecta esset ecclesiæ parochiali, aut eidem unitæ. Quo casu contributio fieri debet ubi sunt bona. Quod etiam declarandum est in ecclesia unita, aut subjecta, si constructa fuerit ante acquisitionem ipsorum bonorum; Quod si constet bona fuisse prius applicata ecclesiæ parochiali, licet postea ibi alia ecclesia edificata fuerit, contributio fit Episcopo ecclesiæ parochialis.
- 89 *In Tudertina.* Hospitalia ad contributionem seminarii non tenentur, neque etiam confraternitates laicorum, nisi habeant unita beneficia, quo casu contribuere debent.
- 90 *In Ulyssiponensi.* Monasteria in quibus seminario actu non est, sed tamen contribunt alteri monasterio pro sustentatione scholarum, censentur ac si scholares habeant; propterea non tenentur ad contributionem nisi de redditibus, qui supersunt.
- 91 *In Mediolanensi.* Canonici electi ab Episcopo ad constituendam educationem puerorum mutari non debent, nisi ut supra, & eorum consilium Episcopi tenentur adhibere, sed non tenentur sequi, & adhibendum est in omnibus infrascriptis.
- 92 In constituendis regulis universalibus seminarii.
In electione singulorum introducendorum.
In electione librorum legendorum.
In punitione discolorum.
In visitationibus.
In electione loci.
In electione Magistrorum.
In electione Confessoris.
In eorumdem expulsionione.
- 93 Alii quatuor adhibendi sunt Deputati in consilio circa taxationem fructuum contributionis.
Circa unionem beneficiorum.
In difficultatibus, ob quas seminarii instructio, vel conservatio impediretur, aut perturbaretur.
In omni temporali administratione seminarii.
In expulsionione, & Deputatione Ministrorum seminarii.
In expensis quotidianis.
In provisionibus bladarum.
- 94 In administratione bonorum quorumque ac reddituum ipsius. Non autem etiam in iis Episcopus tenetur sequi eorumdem consilium, sed ut supra solummodo adhibere.
- 95 *In Antuerpiensi.* In monasteriis, in quibus habentur Magistri salario conducti pro docendis Monachis, eadem ratio est habenda de istis expensis, quæ de illis scholarum, seu discentium monachorum habetur.
- 96 *In Bracarensi.* Milites Hierosolymitani, qui habent beneficia sibi commodata alterius Ordinis, vel qualitatis, tenentur ad contributionem seminarii ratione hujusmodi beneficiorum, cum exceptio non respiciat personas, sed tantum beneficia Ordinis Hierosolymitani.
- 97 *In Patavina.* Si ignoratur cujus nature sint beneficia ecclesiastica monasteriis unita, vel aliàs exempta, seminario contribuere debent; & hoc procedit in monasteriis, quæ non sunt Mendicantium; nam in istis monasteriis, quæ possident bona immobilia, onus probandi ea esse per unionem acquisita in Episcopum transfertur, quo non probante, ea bona erunt exempta.
- 98 *In Imolensi.* Simplicia beneficia ad collationem inferioris Collatoris spectantia, Episcopus unire non potest, nec etiam beneficia regularia, nec beneficia Jurispatronatus ecclesiastici, nec Canonicatus.
- In Gandavensi.* De beneficiis unitis vigore hujus decreti superfluum est petere confirmationem à Sede Apostolica.
- In Cameracensi.* Sicut beneficia ante vacationem seminario uniri possunt valide, ita nulla erit unio facta post vacationem de beneficio reservato.
- In Aquilana.* Episcopus qui in suis mensibus beneficia vacantia non univit, in mensibus reservatis unire non potest.
- In Marsicana.* Contra recusantes solvere taxam seminario potest Episcopus procedere usque ad Interdictum, & alia graviora juris remedia.
- In Brundisina.* Si Episcopus duabus civitatibus præest, in utraque erigetur seminario; & si redditus non sufficit, conducantur Magistri.
- In Melphitana.* In ecclesia, ubi sunt adeo tenues redditus, ut seminario erigi non possit, provideatur saltem expensis beneficiæ obtinentium de duobus Ministris, altero grammaticæ, & altero musicæ, à quibus instruantur pauperes pueri civitatis, & diocesis, in eorumque sumptus totus Clerus contribuat, perinde ac si contribueret ad Seminarium formatum.
- Pars, quæ ratione seminarii est detrahenda, ad decimam integram fuit taxata, si seminario fuit erectum ante diem undecimam Julii 1567. Nam in seminariis postea erectis dicendum est, ut infra.
- Quicumque vero Episcopus ante diem undecimam re ipsa seminario erexit, & servata forma Concilii certam taxam stabilivit, eamque à majori parte taxatorum exigere coepit, seu illi sponte, seu ex contentione, aut metu solverint, dummodo in hac quasi possessione sit exigendi, eaque taxa sic exacta in usum seminarii versa sit, & quotidie vertatur, in exactiõne hujusmodi perseveret, & omnes, qui disulerint solvere, cogere poterit juris remediis.
- Sacra Congregatio Concilii tum aliàs, tum in *Sabinensi* 26. *Maii* 1640. declaravit, Archiepiscyterum, & Canonicos collegiatæ ecclesiæ Montis Rotundi tenentur contribuere seminario, non tamen pro portione, quæ cedit in usum quotidianarum distributionum, nec pro legatis piis pro celebratione missarum relictiis, prout neque pro incertis, & elemosynis sacratis elargitiis, sed tantum ex illis redditibus certis constitutis, etiam si proveniant à legatis piis, ut legitur *l. 16. Decret. fol. 380.*
- In Lucana* 19. *Novembris* 1616. Seminarii deputati, 108 alique Officiales habent votum consultivum, non autem decisivum.
- In Fundana* 20. *Decembris* 1601. Clerici seminarii non præcedunt Canonicis collegiatæ. S. C. Rituum.
- In Adriensi* 21. *Martii* 1620. Clerici seminarii in processionibus præcedunt aliis Clericis; Eadem Sacra Rituum Congr.
- In Capuana* 1. *Septembris* 1607. Clerici seminarii debent in publicis processionibus primi incedere ante Clerum secularem, & relinquere locum digniorem Curatis; Eadem S. R. Congr.
- In eadem, eademque die, & anno.* Seminarium non est membrum Ecclesiæ Cathedralis, licet in ea Clerici seminarii officent. Eadem S. R. Congr.
- In Vercellensi.* Seminarii bona stabilia non licet ad novennium locare, nec eadem bona cum aliis bonis in evidentem ecclesiæ utilitatem permutari, nec sterilia, & inculta in emphytheusim ad tertiam generationem concedere. S. C. Concil. 19. *Febr.* 1634. ad 3. 4. & 5. *Idubium.*
- Seminarii à contributione nemo est exemptus, nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur. Sac. Congreg. c. 12. *Januarii* 1601.
- Seminarii contributio anticipata solvenda est de quadrimestre in quadrimestre. Sac. Cong. super Episc. 8. *Martii* 1588.
- Seminario contribuere tenentur ecclesiæ seculares, quæ non sunt de mensa monasteriorum, tametsi ad

- eorum institutionem, & collationem pertineant. *In Caputaquensi* Sacra Congr. Concil. 23. *Junii* 1576. & 4. *Febr.* 1594.
- In Caputaquensi* 4. *Februarii* 1593. Seminario contribuere tenentur Beneficarii beneficiorum collationis Monachorum, si intra fines diocesis sunt. Sac. Congr. Concilii.
- In Lucana* 5. *Julii* 1628. Seminarii occasione potest taxa pro pensionibus detrahi, & exigi à titularibus; dummodo specialiter non sint exemptæ, qui titulares retinebunt pro rata soluta.
- Titularis occasione contributionis per eundem factæ Seminario non potest detrahere ex pensione, quam solvit, nisi pro rata illius, & ad eam rationem, quæ ipse Titularis contribuit. Sac. Congr. Conc.
- A contributione Seminarii sunt exempti Clerici Cameræ Apostolicæ ratione beneficiorum, quæ obtinent. S. C. super Episc. in *Maerati*. 12. *Maii* 1604.
- Seminario ad contribuendum cogi non debet Abbas, qui in suo territorio, & Jurisdictione prius seminario exerat, & provisum retinebat. Sac. Congr. Conc. 30. *Martii* 1594.
- In Lucana* 16. *Febr.* 1629. Seminario contribuere non tenetur Abbatia unita Capitulo cathedralis ante Concilium. S. C. C.
- In Augustana* 14. *Decembris* 1630. Ad contributionem seminarii non tenentur, neque compelli possunt Fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum Vicarii in ecclesiis parochialibus Religionis prædictæ unitis, vel ab ea dependentibus. S. C. C.
- Legata, ut conducatur grammaticus, qui pauperes instruat pueros, applicari possunt seminario. S. Congr. Conc.
- Episcopus debet primum de sua, & Capituli mensa contribuere, & postea alios cogere. S. C. C.
- Cardinales debent contribuere de fructibus beneficiorum in diocesi, ubi est Seminarium. S. C. C.
- Non sunt magis gravanda beneficia simplicia, & pensiones, quam Curata. Sac. Congr. super Episc. 27. *Octobris* 1603.
- Uniones beneficiorum factæ seminario non subsistunt, post illius erectionem, & actualem educationem puerorum. Sac. Congr. Conc. apud Gonzal. *Gloss. 7. num. 68.*
- Emptio domus, aut electio Deputatorum non est erectio seminarii. Rota 15. *Aprilis* 1622.
- Uniones factæ absque consilio quatuor Deputatorum non valent. Sac. Congr. Concil. 14. *Januarii* 1504.
- Cogi possunt ad solvendum prædictos redditus per censuras ecclesiasticas, & alià Juris remedia ab Episcopo, non obstantibus quibuscumque. *Trid. d. cap. 18.*
- Seminarium erigi non potest in ædibus canonicis nisi de consensu Canonicorum, & ita separatim, ut Presbyteri, et Clerici nullam communicationem habeant cum Seminaristis. *In Mutinensi* 3. *Februarii* 1604.
- Recipi non possunt in seminario Clerici sine licentia Ordinarii. *In Salernitana* 10. *Julii* 1590.
- Licet Episcopus nihil contribueret pro mantentione seminarii, non potest propterea seminario prætere aliam exemptionem ab ejus jurisdictione. *In Aquileiensi* 27. *Januarii* 1597.
- Taxa quatuor pro centenario super beneficia approbatur. *In Agrigenina* 25. *Febr.* 1702.
- Quæ si non sufficiat pro tenendo saltem magistro grammaticæ, & cantus Gregoriani, cum domo, & aliis necessariis, non debet augeri. *In Recanatensi* 25. *Junii* 1597.
- Capitulum, & Canonici, licet exempti sint ab Episcopi jurisdictione, compelli tamen ab eo possunt ad solvendum eorum ratam. 19. *Nov.* 1604.
- Nisi redditus omnes consistant in distributionibus quotidianis. *In Tarentina* 24. *Julii* 1595.
- Nullius etiam loca contribuere debent, si proprium seminario non habent. *In Caputaquensi* 2. *Maii* 1601.
- FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. VIII.*
- Quemadmodum subditi Abbatis monasterii Cavenensis seminario Caputaquensi 4. *Aprilis* 1607. Nisi tamen beneficia sint unita, vel de mensa monasterii per privilegium S. Pii V. Donec autem hoc probetur, seminario manutendum est in quasi possessione exigendi.
- Regulares etiam contribuere tenentur. *In Casertensi* 2. *Maii* 1601.
- Nisi sint exempti per privilegium speciale, ut Carthusiani 12. *Maii* 1587.
- Et Prioratus S. Spiritus, 6. *Septembris* 1603. Vel nisi vivant de elemosynis, *ibid.* Provisi de beneficiis seminario unitis, unione effectuanda cum primum vacaverint, cogi non possunt ad contributionem r. *Octobris* 1599.
- Neque confraternitates, & alia loca pia, quæ non 144 habent beneficia annexa, 23. *Jan.* 1586. & 10. *Januarii* 1594. & 25. *Febr.* 1602.
- Neque hospitalia, quæ non conferuntur in titulum, 145 ut supra.
- Neque monasteria Monialium, nisi ratione beneficiorum unitorum, vel bonorum subceptorum aliis oneribus episcopalibus 22. *Decembris* 1583. & 16. *Julii* 1593.
- Vel nisi essent solita; Quia tunc omnes supradicti cogi debent, licet vellent renuntiare privilegio tenendi alumnium in eodem Seminario, 20. *Julii* 1620.
- Capitulum S. Petri in Vaticano non tenetur ad aliam 148 contributionem pro beneficiis ipsi unitis in aliis diocesis, quia contribuit pro omnibus seminario Romano. S. C. super Episc. in *Caputaquensi* 1594.
- Uniri non possunt seminario per Ordinarium beneficia Curata, sed simplicia tantum, & eorum supportatis oneribus. 16. *Maii* 1580.
- Neque Canonicatus etiam collegiatæ, licet non sint 150 amplius de residentia, 27. *Martii* 1590.
- Scolasteria in locis, ubi non est seminario, non 151 est necessario conferenda Doctoribus, vel Magistris, aut licentiatis in sacra scriptura, vel jure canonico, quia Concilium d. cap. 18. §. De cetero, loquitur, ut cum minori impensa possint docere in seminario per se ipsos. *In Calaguritanis* 5. *Maii* 1597.
- Ludimagistr. Universitatis non tenentur docere pueros seminarii, nisi ad publicas scholas accedant. *Croic. Plebis* 12. *Decembris* 1610.
- Verba illa: *In quibus seminaria discentium, vel docentium actu non habentur*, intelliguntur de Clericis secularibus, ubi seminario erigitur, licet in loco ad sit studium Regularium. Nec ratione hujus studii conventus prætere se potest exemptum à contributione.
- Illegitimi non possunt ab Episcopo admitti in seminario, licet sint dispensati ad canonicatus, & dignitates. 15. *Martii* 1595.
- Circa taxam adest decretum S. Pii V. quod Episcopus, qui ante undecimam diem Julii 1567. seminario re ipsa non erexit, quandocumque illud erigere constituerit, ab ipsa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidium decimam relatum ad antiquam taxam exigat, & si quid amplius exegerit, vel restinat, vel ab eo compensetur; quod imposturum, post ipsam erectionem, ad eam rationem exigendum erit, nisi tamen appareat, totum illud, quod amplius exactum erit, jam fuisse conversum in preparamenta necessaria, aut aliam similem operam seminarii.
- Vel nisi Episcopus esset in quasi possessione exigendi majorem taxam impositam à Concilio provinciali. S. C. C. in *Surrentina*. Quæ in *Materana* concessit posse taxari in plus dimidia decima.
- Aliàs, si non potest erigere Seminarium formale, 157 debet erigere scholam in *Marsicana*. Et pro hujusmodi Schola permittitur dimidium taxæ, quæ solveretur seminario. 18. *Nov.* 1587.
- Simili modo potest Episcopus cogere Capitulum, & 158 alios ad contributionem pro Magistro musicæ, dummodo & ipse contribuat pro rata; in *Adriensi*.
- Circa hujusmodi scholam notandum, quod cum 159